

Interpres scripturae declaravit Cancellarium posse pro qualibet scriptura collatione vel institutione accipere mercedem suo labori convenientem, quae tamen scriptura, sigillo & ceteris omnibus computatis, unum aureum non excedat & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo praestitum sit & ex pecunia quam accipit, nihil prorsus emolumenti collatores aut institutores etiam occasione sigilli ullo modo directè vel indirectè percipiant. Similiter sanctae memoriae Gregorius XIII. in causa Burgenis declaravit in collationibus beneficiorum Episcopum non posse pro sigillo aliquid capere, etiam ubi extaret talis consuetudo: Notarium autem, cui certum salarium pro suo officio constitutum non est, posse pro singulorum beneficiorum collatione, autem unum accipere in causam laboris scripturae, sigilli & ceterorum. Item Officiales Archiepiscoporum, & Episcoporum Regni Lusitaniae unum ducatum accipiebant pro executione litterarum Apostolicarum dispensatione Matrimonialium & ita etiam pro presentatione cujuscumque scripti: Notarii etiam pro examine testium capiebant alium ducatum & plus, minùve, juxta numerum illorum & laborum. Et quoniam in eis litteris solet apponi clausula. Quod Episcopo & Officialibus deposita omni sine cujuscumque muneris & premii etiam sponte oblata, disjunctent, & Tri-

denarium Concilium, in cap. 5. session. 24. de reformata. Matrim. tales dispositiones gratis omnino concedi jubet; quare Card. Portugallien Legatus, an liceat dictis officialibus & notariis accipere id quod capiebant: Sanctissimus referente Congregatione Concilii decrevit Episcopos eorumque Vicarios nihil prorsus ea de causa accipere posse, Notariis autem licere duntaxat quartam partem ducati accipere. Quae cum ita sint, si Episcopus liceret Cancellarium locare, utique per indirectum consequeretur emolumentum ex mercede, quam licet Cancellario accipere in casibus memoratis, quod esset contra decretum dicti. cap. 1. & Apostolicas declarationes.

Verum haec ratio quamvis in se vera sit; tamen non est omnino adequata & vitari possit si Episcopus in locatore Cancellariae & taxatione annui census non computaret ea ex quibus nihil sibi, sed Cancellario duntaxat licet aliquid emolumenti percipere. Eo enim casu atenta ratione praedicta sustineretur locatio, quia Episcopus pro litteris dimissorias, pro scriptura collationis vel institutionis, pro executione litterarum Apostolicarum & consimilibus, nihil emolumenti percipere directè vel indirectè; & tamen nihil hujusmodi caetera adhibita licitum esset Cancellarium locare, unde tutius est tenere quod superius dictum est.



DE MAGISTRIS ET NE ALIQUID EXIGATUR

PRO LICENTIA DOCENDI.

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT XXXI.

Quoniam Ecclesia Dei sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi oportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralium Ecclesiam Magistro, qui Clericos ejusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium praebetur: & infra. Pro licentia verò dicendi nullus pretium exigat, vel sub obtentu alicujus consuetudinis ab eis qui docent aliquid quaerat: nec docere quemquam qui sit idoneus, petita licentia interdicit. Qui autem contra hoc venire praesumpserit, ab Ecclesiastico fiat beneficio alienus: Dignum quippe videtur, ut in Ecclesia fructum sui laboris non habeat, qui cupiditate animi; dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia Cathedralis & qualibet Collegiata, providere debet de una praebenda Magistro in Grammatica, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & pauperes scholares gratis doceat, & n. 4.
2 Pro licentia docendi praetextu alicujus consuetudine nihil debet exigi vel promitti, ob hoc promissum remittitur & solum restituitur, & illam vendens est beneficium privandus & n. 4. & 12.
3 Legere volentes non sunt prohibendi si sint idonei, & contrafacientes puniuntur, ut hic.
5 Magister Grammaticae in Cathedrali vel Collegiata deputatus, tenetur gratis docere Clericos ejusdem Ecclesiae tantum, alios vero non, nisi sint pauperes.
6 Pauperes non dicuntur, qui opibus parentum sustentari

- valent.
7 Pater tenetur alere filios, etiam spurios de jure canonico.
8 Patris divites censentur divites filii, etiam nihil actus habentis.
9 Testimonium patris suffragatur filio, si ante statuto, ne quis admittatur ad officium, nisi habeat centum in bonis.
10 Filius habens patrem divitem potest promoveri ad sacros Ordines absque patrimonio.
11 Contrarium.
12 Quasi simoniacum reputatur pro licentia docendi aliquod pretium exigere.
13 Et quid servandum circa expensas in assumptione magistris vel doctoratus.

Quoniam. Totus hic titulus quoad primam & secundam partem rubricae summatur à Joan. Andr. uno contextu & concordant Cardin. Anchar. Abb. Joan. de Anan. & Marian. Socin. Quoad primam partem sic; Cathedralium Ecclesiam, & qualibet Collegiata quae ad hoc sufficit providere debet de una praebenda Magistro in Grammatica, qui Clericos Ecclesiae & pauperes scholares gratis doceat, qui Magister à Praelato cum Capitulo vel majori parte ipsius eligi debet, quorum negligentiam supplicabit Ordinarius. Metropolitana Ecclesia etiam habeat Theologum & si utriusque non sufficit, de Grammatica in aliqua Ecclesiarum sua-

rum quae ad hoc sufficiat, faciat provideri. Ut Theologi possint haberi, Praelati & Capitulo ad Theologiae studium aliquos mittere debent quibus providebunt si sui redditus eis non sufficiunt; & docentes in Theologia donec doceant & studentes per quinquennium integrè praebendam suarum fructus percipiant, consuetudine vel statuto contrariis non obstantibus hoc dicitur cap. primo in 1. part. secundum in 2. part. & sit. Quoad secundam partem summatur sic; pro licentia docendi praetextu alicujus consuetudinis nihil debet exigi vel promitti; ob hoc promissum remittitur & solum restituitur; idonei legere volentes prohibentur.

berii non debent contrafacientes officii & dignitatis privabuntur. Hoc dicitur e. primum in 2. part. & c. in prima & c. 3. Sed Antonius de Butr. summatur unamquamque Decretalem per se, quod facta placet, ut singula facilius intelligantur secundum Abbatem Marian. Socin. & Felinus. Unde haec prima summatur sic; Ecclesia Cathedralis providere debet Magistro de beneficio, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & alios pauperes gratis doceat & vendens licentiam docendi, aut idoneum ad docendum impediens est beneficium privandus. Hoc statuit; sunt tres partes, in prima provideri mandat de Magistro in secunda factum irreprensibile inhihet, hic, Pro licentia, in tertia poenam imponit, reddens causam hic. Qui autem.

Nota primò, hic. Pauperibus. Quamlibet Cathedralium teneri providere de Magistro, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & pauperes scholares gratis doceat; ergo alios Clericos non tenetur gratis docere, nisi sint pauperes, cap. Quia nonnullis, infra eod. secundum Innocent. hic in ver. Eiusdem, Host. n. 1. Joan. Andr. n. 2. in eodem verb. & Butr. in 2. notat. à divitibus enim qui ejusdem Ecclesiae non sunt, licet potest accipere eum non propter eos habere praebendam, argum. c. Charitatem, in 2. qu. 2. cum similibus, ut per Innocent. in dict. c. Quia nonnullis, in prin. Secundo nota hic, Qui parentum opibus sustentari non possunt. Pauperes non dicit qui opibus parentum sustentari valent, prout ex hac littera dicitur Abb. Marian. Soc. & Felin. omnes in 1. notat. reddentes rationem, quia pater tenetur filii alimenta & alia necessaria subministrare, l. Si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend. etiam si sint spurii, secundum Canonem, ut c. Cum haberes in fin. super de eo, qui duxit in Matrim. quam tell. per adult. Itaque divites patris censentur divites filii etiam nihil actu habentis; quod pluribus more suo exornat Felin. n. 2. vers. Nota ex eisdem verbis; & in specie ex hoc notabiliter infert, ut tante statuto ne quis admittatur ad officium nisi habeat centum in bonis, ultimum patris hoc casu proli pro filio nihil in bonis habentis; ad quod semper allegat gloss. in l. 2. in verb. Potestate, Cod. Qui aetate, lib. 10. qui dicit ultimum patris filii reputari: idem dicit Baldus in l. 2. in 8. col. vers. Item nota quod ultimum Cod. de liberis & eorum liber. & in l. final. in fin. Cod. de impub. & aliis subst. & Bart.

in l. 1. §. Domini, il. terzo, n. 2. ff. ad Sillanum.

Hinc etiam deducunt aliqui, ut quamvis Episcopus qui ordinavit Clericum ad sacros Ordines sine sufficiente titulo non habente de suo, unde vivat, teneatur ei vitae necessaria subministrare; tamen hoc non procedat, si ordinatus habeat patrem divitem cujus opibus vivere possit, ut innuit textus in cap. Episcopus, supra de praebend. in illis verbis; Nisi talis ordinatus de sua vel paterna hereditate subsidium vitae possit habere. Et hic hoc notat Decius num. 7. dicens idem sentire Joann. de Imol. ibidem col. 2. vers. Ultimo potest notare; quin imò ex hoc infert Surdus in tractat. de alimentis, tit. 7. quest. 37. n. 2. ut etiam à principio Clericus promoveri possit ad sacros Ordines absque patrimonio si patrem habeat divitem, sed hoc non sunt admittenda post Concilium Tridentinum, cap. 2. quest. 21. ut plene scripsi in dicto capite Episcopus, à num. 20. usque ad num. 30. de praebend.

Tertio nota ex secunda parte textus & rubricae, pro licentia docendi non licere aliquod pretium exigere contraria consuetudine non obstante, ut hic & in duobus cap. seq. & idè hoc quasi simoniacum reputatur, ut hic & in gloss. in verb. Consuetudines, nam strictè & proprie sumpto vocabulo, in hoc dicitur committi simoniam & ita potest intelligi quod notat Vincent. in cap. seq. & hic etiam Innocent. in fin. dicens hoc non esse simoniam, sed turpe lucrum; large tamen & improprie potest dici simonia, ut hic per Marian. Soc. n. 10. & Felin. num. 4. vers. in gloss. verb. Consuetudinis, & hoc denotat dictio illa, quasi, posita in gloss. quae regulariter est nota improprietatis, ut l. 3. §. fin. ff. de vi, & vi armat. & notatur in c. 2. de praebend. lib. 6. Hodie tamen circa expensas à scholaribus faciendas assumptione magistris vel doctoratus est provium per Concilium Viennense in Clem. Cum sit animi, de Magistris.

Providet hoc Capitulum circa Magistrum Grammaticae, secundum Joan. Andr. & sequaces in summa hujus tituli, ut dixi supra in principio. De Magistro autem Theologiae statuit cap. fin. infra eodem, sed quia de utroque statuitur tam in cap. Quia nonnullis; infra eodem, quam in Concilio Tridentino, c. 1. sess. 5. idè & nos de utroque agemus in praedicta Decretali. Quia nonnullis, ubi melius cadit.



DE MAGISTRIS

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT IV.

Quia nonnullis propter inopiam & legendi studium & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi Concilio pia fuit constitutione provium, ut per unamquamque Cathedralium Ecclesiam, Magistro, qui ejusdem Ecclesiae Clericos aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium praebetur; quo & docentis relevaretur necessitas & via pateret discipulis ad doctrinam. Verum quoniam in multis Ecclesiis id minime observatur; nos praedictum roborantes statutum, adjicimus, ut non solum in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituitur Magister idoneus, à Praelato, cum Capitulo, seu majori & saniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum suarum gratis in Grammatica facultate ac alios instruat juxta posse. Sanè Metropolis Ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui Sacerdotes & alios in sacra pagina doceat & in his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignatur autem cuilibet Magistrorum à Capitulo unius praebendae proventus; & pro Theologo à Metropolitano tantumdem: non quod propter hoc efficiatur Canonicus, sed tamdiu redditus ipsos percipiat, quamdiu persistit in docendo. Quod si fortè de duobus Ecclesiis Metropolis gravetur, Theologo juxta modum praedictum ipso provideat: Grammatico verò in alia Ecclesia suae civitatis, sive Diocesis, quae sufficere valeat, faciat provideri.

quod Concilium Tridentinum in d. c. 1. sess. 25. saluum esse voluit.

Hoc dubium habet duas partes. Prima est, an ad gaudendum privilegio oportet Lectorem esse stipendiatum. Secunda an oportet eum esse de numero eorum qui habent cathedras. Quoad primam partem videtur respondendum nihil referre ad gaudendum privilegio ut quis sit stipendiatum nec ne. Primo, quia ratio ob quam à jure concessum est Lectoribus & Scholasticis privilegium percipiendi fructus beneficii in absentia est, quia promouent utilitatem nedum Ecclesie particularis, sed etiam universalis quoad sui regionem juris licet non indiget, ut patet in textu hic *Qui cum docti fuerint in Dei Ecclesia, velut splendor fulgentis firmamenti ex quibus postmodum copia possit haberi, Doctorum qui velut stella in perpetuas aeternitates manent, ad justitiam valeant plurimos erudire;* & in fine hic *Cum denario fructuari non debeant in vinea Domini operantes & in c. Super specula, vers. Quia vera Theologia studium cupimus ampliare & supra, ne Clerici vel Monachi.* & hic notat Abb. n. 6. & Joan. de Anan. n. 2. hanc autem ratio militat in Lectore non stipendiatum non minus, imò magis quam in stipendiatum, ideòque privilegium in utroque debet habere locum, l. *Illud, ff. ad l. Aquil. c. Tua de conlang. & affin.*

Secundo, quia Lectoribus non mandant Canones assignari stipendium, sed preberi competens aliquod beneficium, ut in c. 1. *supra eodem* vel proventus alicujus prebende, ut supra in c. *Quia nonnulli*, stipendium autem ex publico fuit postea introductum, ut per Abb. in d. c. *Quia nonnulli* n. 3. *proce finem.*

Tertio hoc clarè colligitur ex dictis Doctorum, praesertim Antonii de Batr. Abb. & Joan. de An. in d. c. *Quia nonnulli* qui clarè supponunt dari etiam Lectores non stipendiatos & eos potiri omnibus privilegiis quae Lectoribus concessa reperiuntur.

Quoad secundam partem dubii, an pro hujusmodi privilegio oportet Lectorem esse de numero obriuentium cathedras, similiter videtur respondendum non oportere.

Primo, quia jura non requirunt ad gaudendum privilegio Lectoribus concessa, ut sint ex numero obriuentium cathedras, sed tantum ut legant in Civitate Regia vel privilegiata vel longi spacia possessione super hoc munità, Albert. in 1. *Constitutione Dicoforum;* & *Hac autem* in 1. *Sed & repropari;* & *De Philosophis, ff. de excusat. tutor. accedit* quod causa privilegii militat etiam in his qui non sunt de numero obriuentium cathedras, nam & ipsi in vinea Domini operantur juxta textum hic, ergo etiam in eis privilegium debet habere locum. Quin imò id confirmant verba c. 1. *supra eodem*, ubi agendo de Lectoribus habentibus hoc privilegium, cavetur expressè non esse interdicens quominus legat si tamen fuerit idoneus; & ita numerus non praescribitur, sed quilibet idoneus est admittendus & privilegio gaudet.

An autem requiratur licentia ad hoc ut docentes vel studentes in Theologia percipiant in absentia fructus prebendarum suarum, dixi in c. *Relatum* n. 18. & *seqq. de Cler. non resid.* & an absentes absque hujusmodi licentia cogi possint ad residendum redire, etiam Universitates sit privilegiatae, dixi in capite *Cum ad hoc, eodem titulo*, & de numero secundo usque in finem, ubi habes plura circa intellectum hujus Decretalis.

Uterius quæro, postea Constitutione Bonifacii VIII. que incipit *Cum ex eo*. Item postea Decretis Concilii Tridentini, c. 1. sess. 5. c. 11. sess. 7. c. 1. sess. 23. & c. 18. sess. 24. An Episcopi dispensare possint cum his qui Parochiales Ecclesias obtinent, ut litterarum studio ad septennium insistant atque interea promovendi minime teneantur, nisi ad Ordinem Subdiaconatus.

Videtur respondendum posse, nam Decretum c. 1. sess. 5. non modo non tollit facultatem Episcopis attributam ex dicta Constitutione Bonifacii VIII. relata in c. *Cum ex eo de elect. lib. 6.* sed imò illam expressè preservat his verbis. *Docentes vero illam Sacram Scripturam, dum publice in Scholis docuerint & Scholares qui in istis Scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, prebendarum & beneficiorum suorum in absentia à jure communi concessis plene gaudeant & fruuntur.* Similiter Decretum c. 11. sess. 7. preservat facultates de non promovendo in casibus à jure communi expressis; & eodem modo Decretum c. 4. sess. 6. preservat legitimas facultates temporales non residendi etiam in Parochialibus Ecclesiis per hæc verba. *Indulgentis verò & dispensationibus temporalibus ex veris & rationalibus causis tantum concessis & cum Ordinario legitime probandis in suo robore permanerent, quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum &c. Provide & per Deputationem idonearum Vicariorum &c. cura animarum nullatenus negligatur.*

Decretum vero cap. 1. sess. 23. & si percipiat parochialis Rechoribus, ut juxta residant, tamen declarat eos posse legitime abesse, cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesie vel republice

utilitas aliquos abesse possunt, & infra statuit, ut quando docentur eos causa prius per Episcopum cognita & probata abesse contingit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquunt, utque licentiam in scriptis gratis concedendam ultra bi-mestrem tempus nisi ex gravi causa non obtineant. Preservat ergo hoc loco Concilii facultatem, quam habent Episcopi concedendi licentiam abscedendi ex gravi causa, aut ob Ecclesie, vel republice utilitatem. Ad hanc vero utilitatem congruè referri posse absentiam studiorum causa facti colligitur ex eademmet Constitutione Bonifacii, hic, *Legendi, & proficendi oportantibus sit sublati in grande Ecclesia universali, que ad sui regimen viris literatis per maxime necessitat indigere, dispendium & jacturam, & infra hic, ut fructum in Dei Ecclesia suo tempore afferre valeant opportunum, unde Monach. ibid. n. 1. (dicit, Cum indigentia Ecclesie sit subveniendum, ipsa est personis literatarum implenda, non nepotibus, nec aliis deferratis.)* Item Ancharan. & Geminian. in 2. notab. dicunt: (Nota Ecclesia Dei summe indiget viri literatis, non porcis vel alius ferratis, & ob eorum carentiam dicitur subire jacturam,) & ut in d. c. *Cum ex eo*. Ideò statuitur absentes studiorum causa percipere fructus beneficiorum suorum, quia denario fraudati non debent in vinea Domini operantes, ut hic dicitur in fine.

Itaque difficultas videtur restringi ad decretum cap. 18. sess. 24. quo prescribitur forma examinis per concurrem in collatione parochialium Ecclesiarum, nam cum privilegium dicti. cap. *Cum ex eo*, concessum fuerit ob eam causam, ut Parochi in literis proficiant, & magis idonei efficiantur ad curam animarum administrandam: utique hæc causa videtur jam cessare in his, qui parochiales Ecclesie conferri possunt, ac debeant ex decreto dicti. cap. 18. & ex Constitutione 31. Pii V. *In conferendis;* cessante igitur causa privilegii, cessat privilegium, l. *Tria Scia, §. Usuras, ff. deleg. 2.* Anchar. in dicti. cap. *Cum ex eo*, num. 6. de elect. lib. 2.

Sed tamen verius videtur facultatem d. cap. *Cum ex eo*, non esse sublatam Decreto, dicto capite decimo octavo, duobus fundamentis. Primum, quia decreta Concilii debent quantum fieri potest invicem Conciliari, ne contraria, & pugnancia videantur, ad cap. *Cum expediat, de elect. lib. 6.* unde non est dicendum, ut Concilium decreto dicti. cap. 18. voluerit esse sublatam privilegia dicti. cap. *Cum ex eo*; que prius expressè preservaverat decreto cap. 1. sess. 5. c. 11. sess. 7. cap. 2. sess. 6. & cap. 1. sess. 23.

Secundum fundamentum est, quia Constitutio cap. *Cum ex eo*, non solum emanavit in favorem scholarium, sed etiam Lectorum, & docentium in publicis universitatibus: certum est autem privilegium Lectorum non esse sublatum per decretum d. cap. 18. sed potius confirmatum: nam si parochi electi in concursu sunt magis idonei, ergo magis fructum afferre possunt in legendo, quam si essent simpliciter idonei, atque ita per concurrem non essent; imò magis figer causa finalis dicti. Constitutionis Bonifacii quoad Lectores. Ideò cum Parochus Valentinus legens in publica universitate Valentia sacram scripturam, quæviserit an sua parochialis fructus in absentia percipere possit: Sacra Congregatio Consilii sensit posse, ita tamen ut cura animarum per se ipsum exerceat nihil detrimenti patiat: unde sequitur, ut quemadmodum Concilium quoad Lectores non subulit dispositionem dicti. cap. *Cum ex eo*; ita nec quoad scholares, qui eodem jure cum Lectorebus censentur, sine que hæc in parte æqualiter privilegii, argum. cap. *Translatio de Constitut. cum similibus*: & quamvis digniores inter probatos ab examinantibus judicati fuerint, adhuc tamen perfectiores, & Ecclesie utiliores effici possunt; pro quo adducitur singularis doctrina Anchar. in dicti. cap. *Cum ex eo*, sub num. 7. ubi querit, An sit iusta causa revocandi ad residentiam eum, qui in quinque annis est doctoratus in jure canonico, & non vult ad Ecclesiam redire, sed in alia facultate studere, & resolvit determinatum fuisse non esse hanc iustam causam revocandi eum ad residentiam, quia inquit, iustus iustior, & perfectior perfectior fieri potest, cap. *Quantumlibet, in fine, 47. distin. & quod dicit* 14. Augustinus in cap. *Si habes, vers. Et adsum, 24. quest. 3.* & Jurisconsultus in l. *Apud Julianum, §. 1. ff. de fidei commissi. libertat.* crediderim tamen longè majore cautela utendum esse cum provisus per concurrem quibus nominis perrarò, & ad breve tempus concedenda esset studentium facultas. Locorum etiam, & personarum ratio habenda esset, prout observat S. Congregatio Concilii, & in specie cum Sanctissimus Clericus Ursinien. D. accessit ex nobili genere procreatus, qui parochiam Ecclesiam in Diocesi Gnesinensi obtinebat, petisset ut sibi liceret per triennium in publica universitate vacare st idio sacrorum Canonum, fructusque parochialis interea percipere, die 16. Junii 1605. Sacra Congregatio tamen non consueverit concedere, ut parochi à parochialibus abesse possint studiorum causa, tamen quia Sacri Canonis id privilegium tribuunt, & Concilium illud

De Judæis, c. Postulasti.

proficiant, & tunc detur ulterius tempus, salis denegetur.) & Anchar. *post princip. in verb. Septennium.* (Hujus litteræ, inquit, sentus est, quod Episcopi dispensare non possunt ultra hoc tempus, sed citra, secundum quod Ecclesiis, non perionis viderint expedire.)

Octavo, septennio durante debent Episcopi providere, ut per idoneos Vicarios ab ipsis deputandos cum congrua fructuum Ecclesie assignatione cura animarum laudabiliter exercentur, ut illic delictis verbis statuitur in §. *Porro*.

Ac denique omittis aliter, Constitutio Bonifacii ita intelligenda, ut si quis dispensationem in fraudem impetravit, incidat in poenam, cap. *Commissa, de elect. lib. 6.* cujus hæc sunt verba: *Ceterum si promoveri ad sacerdotium non intendens parochialem receptis Ecclesiam ad sacerdotium esse ea per annum percipias, ipsam postmodum dimissurus, nisi voluntate mutata pronotus fueris, tenebris ad restitutionem fructuum eorumdem, eam eam receptis fraudulenter: illum autem, qui cum tibi consulit, cum te non crederet ad ejusmodi ordinem promovendum, preter divinam, quàm exinde incurrit offensam, ad servandum indennem eandem Ecclesiam decernimus obligari.*

His omnibus servatis firmiter non esset inconveniens, ut Episcopi uterentur facultate sibi attributa per Constitutionem Bonifacii VIII.

Ceterum hæc disputationis gratia dicta sint: nam proposito in S. Congregatione Concilii dubio infra scripto; videlicet. An Ordinarius possit concedere licentiam parochi, qui parochialem post Concilium obtinuit, ut in publica universitate studis sacrae Theologiae, vel Canonum vacare possit: Hæc reperi adnotata in libris publicis, qui apud me asservantur.

Partem negativam probat textus in cap. 1. in *vers. Eadem omnia*, hic, *Binestre tempus, sess. 23.* juncta declaratione Sacrae Congregationis nam si Episcopus etiam ex gravi causa non potest parochi concedere licentiam non residendi ultra annum, sequitur ut neque ex causa studii, que non debet gravior videri, quam causa inicietiarum vel infirmitatis, propter quam licentia à Congregatione impetratur, nec ultra annum extendatur.

Accedit, quod parochiales post Concilium providentur per concurrem nonnulli personis, que idoneæ sint de presententi, juxta cap. 18. sess. 24. quare cessat ratio, que consideratur in cap. *final. de Magistris & cap. Cum ex eo, de elect. lib. 6.*

Sanctissimus respondit non posse, justique Episcopum ab ejusmodi licentia concessione abstinere.

In glossa in *verb. de licentia*. De intellectu hujus glossæ vide quod scripsi in cap. *Cum ad hoc, num. 6. & 7. de cler. non resid.*

(Additur ex illo receptissimo Datarum, nec Summum Pontificem tales dispensationes concedere, sed præcisè servari Constitutionem Gregorii X. in Generali Concilio Lugdanen. editam ex elapso anno ab eodem prescripto concessam illam imperationes contra illos, qui non fuerint promoti.



DE JUDÆIS ET SARACENIS ET EORUM SERVIS.

Innocentius III.

CAPUT XIV.

Postulasti qualiter contra Judæum procedere debeas, qui manus iniecit in quemdam Clericorum violentas; ad quod breviter respondemus, quod si dictus Judæus tuæ Jurisdictionis existit, ipsum poena pecuniaria punias, vel alia (secundum quod convenit) temporalis, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi: alioquin ejus Dominum moneas & inducas, ut passo injuriam & Ecclesie ab eo satisfieri faciat competentiter: quod si Dominus ejus neglexerit adimplere, ut Christianis omnibus per censuram Ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Judæo antequam satisfaciatur, præsumant commercia exercere.

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

Quod etiam Tridentinum respicit, *cap. Quia nonnullus de Magistris, ibi; Qui Sacerdotes & alios in sacra pagina docet & in his presertim informet, quae ad curam animarum spectare videntur; & sic in Theologia scholastica.* Fuerunt tamen ex Cardinalibus qui dicerent; quando leget Theologiam scholasticam, puta de usibus, sumat initium à verbis sacrae Scripturae, puta *mutuum dantes, nihil indè sperantes;* & sic semper praeferat aliquem locum sacrae Scripturae, & deinde descendat ad scholasticam occasione illius interpretationis. Sed hoc consilium est non necessarium; praesertim cum in discursu scholastico necesse sit citare locos sacrae Scripturae. Citatus enim fuit Rebuffi. *rubr. de collat. in verb. Legere.*

32 Verum cum Episcopus Cremonens. non reperiret Theologum idoneum in civitate secularem, contulit primam praebendam post Concilium vacantem Vicario Canonice: Dubitavit an id fieri liceret. Nihil reperio decisum à S. Congregatione, sed notavit Card. Alciatus non potuisse Episcopum hoc facere; quia Concilium primò vacaturam vult pro Theologo: Nec potuit Episcopus derogare, & quod provilus non facit fructus suos, quia sine titulo. Episcopus autem indigere absolute Papali propter penas in quas incurrit comminatus in Bulla Pii IV. contra non observantes Concilium; & idèd hanc esse referenda Sanctissimo qui Episcopum absolvit signo Crucis & provilus pariter fuit absolutus, ore tenus tantum, & dixit quod in posterum cum vocatio contingit non in mense Apostolico, conferat omnimò Theologo. Reperi etiam adnotatam resolutionem missam à Cardinali sancti Sixti, sed non authenticam his verbis: (Concilium Tridentinum loquens de praebendis Theologalibus non habet locum in Canonicis, cum non sit eadem ratio; et si non invenitur Theologus facta diligentia non solum in loco, sed etiam extra, poterit non solum Canonicis assignari, sed etiam illi, sed non propter eam occurrente vacatione debuit omitti qui de novo fiat diligentia de reperiendo Theologo.)

33 Tertiò nota, in *vers. assignatur*, Theologo ut praesertim electo assignandus esse proventus unius praebendae, ut per hoc non efficiatur Canonicus, sed tantùm reditus ipsos percipiat, quamdiu perstiterit in docendo, ut dicitur in textu. Contra verò Concil. Trident. in *dict. cap. 1. sess. 5. vers. In Ecclesiis*, statuit ut praebenda quomodocumque praeterquam ex causa resignationis primò vacatura ad unum

34 Lectorem sacrae Theologiae ipso facto perpetuo constituta & deputata intelligatur; & ita ex Concil. sacrae Scripturae Lectorem post vacationem praebendae habet eam perpetuò in titularum & Canonicis elicitor & sic muneris suo nomine satisfaciat puniti potest etiam privatione ipsius praebendae, ut in subiecta declaratione.

35 Cum in Ecclesia Majoritatem quidam praebendam Theologalem obtinuerit, nec legere ullo modo velle, Episcopus consulit sacram Congregationem quid sibi esset agendum. sacra Congregatio censuit posse cogi comminationibus poenarum sequestratione fructuum; assignatione portionis de hisdem fructibus alteri qui ipsius loco legat; Demum crescente contumacia ad illas poenas etiam privationis deveniendum factaque privatione ad corroborandum Concilii decretum Episcopum declarare debere talem praebendam & canonicarum affectum fuisse & esse ex Concilio sacrae Scripturae Lectore; tum deligat personam idoneamque quae id muneris per seipsam exequi valeat & illi per ordinarium collatorem huiusmodi praebenda conferatur.

36 Ceterum adverte, quia etiam Concilium dicat, *praebenda primò vacatura pro Lectore sacrae Scripturae ipsa facto constituta & deputata intelligitur;* nihilominus ad id requiritur actualis Episcopi deputatio & erectio, ut scriptum fuit resolutum & in specie orta dubitatione, an si praebenda

quae primò post confirmatum Concilium vacavit, & ipso facto ejusdem Concilii decreto, *sess. 5. cap. 1. vers. In Ecclesiis autem*, pro Lectore sacrae Scripturae perpetuò constituta & deputata intelligitur, collata fuerit inhabili ad id munus per se explicandum collatio valida sit; & quatenus valida existat an ejusmodi praebendam obtinere cogi possit ad solvendum competentis stipendium alicui idoneo ab Ordinario loco eligendo qui loco sui Scripturam interpretetur. Die 26. Aprilis 1582. in Congregatione generali proposito, & in utramque partem maturè persepso, & discussio dubio, quatuor ex Cardinalibus censuerunt collationem invalidam esse; quippe factam contra formam legis. Reliqui tres iterum pro validitate, cum dicerent ex Concilio illam collationem nullam & invalidam intelligi quae inhabili facta sit ejus praebendae quae actu in Theologalem deputata & erecta reperitur: Omnes tamen decisionem rejecerunt ad Sanctissimum, qui postmodò ejus diei in Consistorio audita relatione Congregationis, sententiis decretum Concilii in *vers. In Ecclesiam autem esse conditionatum*, & requiri declarationem & actualem deputationem, respondit valere collationem praebendae, quae primò post Concilium vacavit, factam personae minus idoneae ad Sacram Scripturam per seipsam interpretandam, si nondum illa praebenda actu fuerat deputata & erecta in Theologalem. Postèa in una Majoritatem, & alii sepius est responsum ad erectionem praebendae Theologalis requiri actualem deputationem.

Sed dubitatur an in eo canonice & praebenda, quae secundum Tridentinum Concilium assignatur Lectori sacrae Scripturae, remaneat Episcopo provilus, quae prius sibi in eodem canonice competebat; servata tamen forma dicti decreti, ita ut Capitulum non possit se introrittere in provisione d. Canonice, sicut prius se non introritteret; Congregatio privata rejicit ad generalem, tum quia prius de eadem negotio in una Bergomen. Congregatio generalis non omnimò decrevit, sed inclinavit contra Capitulum: tum quia verba illa Concilii de Concilio Capituli videntur referri tantum ad proxima, nempe quando agitur, vel de assignatione, vel contributione, vel de magistro; tunc enim de consilio Capituli, quia igitur de contributione. Tum quia praebenda ipso jure applicatur à Concilio pro praebenda Theologali, quo casu videretur Concilium reliquisse collationem in terminis, in quibus erat praebenda ante Concilium & sic soli Episcopo Adjvato, qui supra, cum de substituto idoneo agitur, soli Episcopo datur electio. Adjvato & exemplum Praenitentiarum *sess. 24. cap. 8.* quamquam illud aliis verbis sic conceptum ubi, *ab Episcopo instituitur;* & cum pro Episcopo sit regula & sit jus verus, & possit ad summum pro honore Capituli addi, de consilio Capituli, quod non tenetur sequi. Sed tamen die 14. Maii 1576. Congregatio generalis censuit quidquid aliis dictum fuerit in Bergomen. Concilio reliquisse in terminis juris, qui ante Concilium erant, à quo fieret collatio praebendae Theologalis; & idèd si praebenda ante Concilium ad Episcopum collationem spectabat, nunc etiam pertinere absque consilio Capituli. Secunda Augusti anno 1576. cum iterum hanc de re actum fuisset, relatis tribus allegationibus Capituli, censuit persistendum in decretis; & subinde in una Bergomen. cum fuerit d. bitarum ad quem spectaret electio Theologi & collatio praebendae Theologalis, & an possit uniri quoties vacaret in mensibus reservatis, praesertim si in illis aliquis ex Cardinalibus habeat indultum: Sacra Congregatio die 1. Decembris 1580. censuit electionem Theologi spectare ad Episcopum, collationem verò praebendae faciendam ab eo, ad quem antea spectabat. Praebendam verò vacantem in mensibus reservatis Sedi Apostolicae non posse uniri pro dicta electione; Idemque si in dictis mensibus Cardinalis habeat indultum.



DE MAGISTRIS

Honorius III.

CAPUT V.

Super specula; & infrà. Volumus & mandamus, ut statutum in Concilio generali de Magistris Theologis per singulas Metropoles statuendis, inviolabiliter observetur: Statuentes, ut quia super hoc propter raritatem Magistrorum se possent aliqui forsitan exculare, ab Ecclesiarum Praelatis & Capitulis ad Theologiae professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui cum docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti: ex quibus postmodum copia possit haberi Doctorem, qui velut stellae in perpetuas aeternitates mansuri, ad justitiam valeant plurimos erudire: quibus si proprii proventus Ecclesiastici non sufficiunt, praedicti necessaria subministrant. Docentes verò in Theologica facultate, dum in scholis docuerint & studentes in ipsa; integrè per annos quinque percipiant de licentia Sedis Apostolicae proventus praebendarum & beneficiorum suorum: non obstantè aliqua alia consuetudine, vel statuto, cum denario fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

SUMMARIUM.

- 1 Praelati & Capitula ad studia Theologiae scholares doctiles transmittere tenentur.
- 2 Magistri quamdiu publicè in scholis Theologiam vel jus Canonicum docuerint & scholares per quinquennium gaudent fructibus beneficiorum suorum amissis distributionibus quotidianis, n. 4. & n. 11.
- Et quid si fructus omnes distributionibus constent n. 11.
- Et quid si praebenda sit in Cathedrali civitatis, ubi lectoris munere fungantur, n. 5.
- 6 Lectores Theologiae, ut gaudeant privilegio percipiendi fructus praebendarum suarum in absentia an debeant esse stipendiati & ex numero obtinentium Cathedras, & num. seq. usque ad num. 10.
- 7 Lectores sacrae Theologiae & scholares promovent utilitatem universalis Ecclesiae.
- 8 Stipendium ex publico quo jure Lecturis assignandum.
- 9 Lectores ut gaudeant privilegio Lecturis concessis satis est ut legant in Civitate Regia, vel privilegiata vel longinquas possessione super hoc munita.
- 10 Facultas quam jure habent Episcopi dispensandi cum illis qui Parochiales obtinent, ut litterarum studio ad septennium insistant & interea promoveri non teneantur nisi ad Subdiaconatum, an sit sublata à Concilio Tridentino & n. seq. usque in finem.
- 12 Ecclesia ad jus regimen indiget viris litteratis & non porcis vel asinis ferratis.
- 13 Doctores in jure Canonico in quinque annis 6. vellet in alia facultate studere, ad residendum revocari non potest.
- 14 Jussum justior & perfectior fieri potest.
- 15 Congregatio Concilii non convenit concedere, ut Parochi studiorum causâ abesse possint nisi perarati & magis cum circumspessione.
- 16 Parochi ut de licentia Episcopi abesse possint à Parochiali studiorum causa novem requisita hic relata debent concurrere & n. seq.
- 17 Praelati inferiores dispensare non possunt cum Parochis, ut studiorum causâ abesse possint.

Super specula. Praelati & Capitula ad studia Theologiae scholares doctiles transmittere tenentur qui in absentia redditus praebendarum & beneficiorum per quinquennium integraliter percipiunt; & si proprii redditus ad sustentationem studii eis non sufficiunt, debet Praelatis cum Capitulo eis providere, Magistri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum. Hoc dicit secundum Antonium de Butr. Abbatem, Joannem de Anan. Marianum Socinum & Felinum; & sunt tres partes. Prima statutum Concilii corroborat. Secunda providet super Magistrorum raritate hic Statuentes. Tertia Magistri & scholares providet de redditibus in absentia percipiendis hic *doctores*. Prima & secunda pars non servantur; & ita nullus est fructus hujus statuti & aliorum; ut dicit glossa 1. hic & frustra membranas occupat secundum Host. n. 2. & Butr. n. 9. *vers. Dicit glossa*. Sed quoad tertiam partem hanc Decretalis innovata est à Concilio Tridentino, *sess. 5. c. 1. in fine*. Itaque Magistri quamdiu publicè in Scholis sacrae Theologiae docuerint & scholares qui in ipsis Scholis eidem studio operam navaverint per quinquennium fructibus praebendarum & beneficiorum suorum in absentia plenè gaudent & fruuntur, ut hic in littera & in d. c. 1. Distributionibus quotidianis duntaxat amissis, ut est casus in c. Licet *suprà de praeb.* & hic notat glossa in verbo *Integrè* quae communiter approbatur. Hoc tamen intelligitur si fructus praebendae à quotidianis distributionibus sint separati, secus verò si univèrsi fructus huiusmodi distributionibus con-

stent quae tunc Lectores & studentes lucrantur duas tertias illarum partes, omnia alia tertia quae interventibus accrebit ut ex Sententia sacrae Congregationis Concilii scripti in praedicta Decretali *Licet n. 97. & latus n. 24. & seq. & n. 29.* & quod dictum est de Magistris & studentibus juris Canonici, quia tale studium cedit in utilitatem universalis Ecclesiae, c. *Cum ex eo de elect. lib. 6.* secundum opinionem Archid. in c. 2. *m. 1. ad fin. vers. Tales habita licentia de privileg. lib. 6.* quam hic sequitur Abbas n. 6. *vers. Sed contrarium*. Mar. Soc. n. 30. & pluribus confirmat Felin. n. 2. quam etiam lapsus probavit sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Quin imò aliàs censuit docentes jus Canonicum in publica Universitate gaudere & potiri privilegio de percipiendis in absentia suarum praebendarum fructibus, quamvis praebendae quas obtinent sitae sint in Cathedralibus ejusdem Civitatis in qua publici Lectoris munere fungantur, quid autem in jure Civili, dixi in c. *Sacer specula, jurà de Cler. vel Monach.* & vide glossam in d. c. *Cum ex eo* in verbo *Litterarum de elect. lib. 6.* & Archidiaconum loco citato.

Quæro an Canonicus Cathedralis publicè in aliqua Academia docens Sacram Theologiam, si nullum sit ei stipendium à publico constitutum, neque sit ex numero eorum qui cathedras habent, sed facultatem à Rectore vel aliis ad quos spectat obtinuerit, gaudeat privilegio à jure concessio, ut fructus Canonicatus in absentia percipiat, juxta hoc caput

Postulasti. Judeus, qui percussit Clericum, temporaliter punietur, vel interdicatur commercio donec satisfaciat. Hoc dicit Joan. Andr. communis divilio, secunda hic

Ad quod.
Pro intelligentia hujus decretalis vide quod scripti in cap. Licet, num. 18. de puni.



DE HÆRETICIS.

Alexander III. Rhemen. Archiepiscopo.

CAPUT VII.

Cum Christus perfectus Deus & perfectus sit homo: Mandamus, quatenus sub anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quoddam homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Cum Christus. Christus fuit verus Deus & verus homo, sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatur. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Jo. de Anan. & Mar. Socin.

Pro intelligentia hujus textus, & glossæ in verb. sub anathemate, vide omnino quod scripti in cap. Firmiter num. 49. & 50. & præteritum num. 51. super de Sum. Trinit. & Fid. Cathol.



DE HÆRETICIS

Lucius III.

CAPUT IX.

Ad abolendam: infra. Universos, qui de Sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de baptismo, seu de peccatorum confessione, Matrimonio vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & observat & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia, vel singulari Episcopi per Dioceses suas cum consilio Clericorum, vel Clerici ipsi sede vacante cum consilio (si opportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticus judicaverint; vinculo perpetui anathematis innodamus: & infra. Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quibuscunque manifestè fuerint in hæresi deprehensi: si Clericus est, vel cujuslibet Religionis obumbratione fuscatus, totius Ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur; & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus: nisi continuò post deprehensionem erroris, ad fidei Catholicæ unitatem spontè recurrere & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè confenserit abjurare & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abjurata hæresi & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit Orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur; debitam recepturus pro qualitate facinorosi ultionem. & infra. Qui verò inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi, juxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiæ subiacent. Illos quoque qui post abjuravissent erroris, vel postquam se (ut diximus) propriam innocentiam examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos: & infra. Statuimus insuper, ut comites, barones, rectores & consules civitatem & aliorum locorum, juxta commo-

ditionem Episcoporum, prælitato corporaliter juramento promittant, quòd fideliter & efficaciter eum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos & eorum complices, adjuvabunt bona fide juxta officium & posse suum. Si verò id observare noluerint, honore quem obtinent, spolientur & ad alios nullatenus interdicto Ecclesiæ supponendis. Civitas autem quæ his institutis duxerit resistendum, vel contra commotionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio civitatum; & Episcopali se noverit dignitate privandam: & infra. Si qui verò fuerint, qui à lege Diocesanæ jurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati: nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte tanquam à sede Apostolica delegatis, (non obstantibus libertatis suæ privilegiis) obsequantur.

SUMMARIUM.

- 1 Hæreticus male sentiens vel docens de Sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est.
- 2 Et nisi se corrigat vel errorem abjuret, si Clericus est degradatur & traditur Curie sæculari.
- 3 Per quem etiam laicus legitime punietur.
- 4 Suspectus de hæresi, si se non purgat, punitur eadem pena qua punitur hæreticus.
- 5 Hæreticus relapsus audientia denegatur, ibidem, & n. 24.
- 6 Principes sæculares qui jurare nolent de Ecclesiâ contra hæreticos defendenda, dignitate privantur & n. 27.
- 7 Item excommunicantur & terræ ipsorum interdicuntur.
- 8 Et civitates resistentes privantur aliorum commercio, & Episcopali dignitate.
- 9 Exempti subjuncti ordinariis super iis, quæ contra hæreticos instituantur & n. 10.
- 10 Hæreticus est non solum qui male sentit de articulis Fidei, sed etiam de Corpore & Sanguine Christi & reliquis Sacramentis.
- 11 Hæresis causa spectat ad Judicem Ecclesiasticum etiam contra exemptos & laicos.
- 12 Sed si dubitetur an aliqua assertio sit catholica, solus Papa est hoc deponere.
- 13 Episcopus non cognoscit de causis hæresis sine consensu, vel consilio Capituli.
- 14 Capitulum Sede vacante succedit in potestate jurisdictionali Episcopi, etiam quoad iudicandum hæreticos.
- 15 Clericus de hæresi convictus non statim est tradendus Curie sæculari, sed prius est degradandus.
- 16 Hæreticus convexus ut effugiat penam mortis qua requiritur.
- 17 Criminosi regulariter condemnari & puniri debent etiam si paucissimi.
- 18 Fallit in hæreticis, & cur.
- 19 Hæretici ad fidem redeuntes quamvis evitent mortem, tamen in perpetuum carcerem detrahuntur.
- 20 Nisi spontè compareant antequam sint denunciati vel accusati.
- 21 Et quid si paucissimi statim post capturam vel ante publicationem testium.
- 22 Hæresis crimen est merè Ecclesiasticum.
- 23 Et Judex laicus solum habet executionem.
- 24 Judex laicus in executione sententiæ contra hæreticum lata non potest cognoscere de nullitate processus.
- 25 Hæreticus relapsus non est audiendus, licet iterum velit abjurare.
- 26 Etiam si tempore primæ abjuracionis crimen non fuerit plenè probatum.
- 27 Principes sæculares & laici ratione criminis Ecclesiastici possunt per Judicem Ecclesiasticum privari dignitatibus & honoribus etiam ab Imperatore habitis.
- 28 Hæretici an sint ipso jure beneficii privati, an verò privandi per sententiam, & n. seqq. usque ad n. 44.
- 29 Spoliatur verbum supponit privationem ipso jure.
- 30 Nudetur verbum æquipollet verbo spoliatur.
- 31 Verbum futuri temporis quando est executionem importat latam à lege sententiam.
- 32 Bonorum appellatione etiam beneficia Ecclesiastica continentur.
- 33 Hæretici beneficia an vacant ubi hæresis incurrit, an verò ubi lata est sententia declaratoria.
- 34 Constitutiones Apostolicæ contra hæreticam pravitatem, quæ decretalibus Sixti non obviant, præservantur.
- 35 Beneficia propter hæresim vacantia Sedi Apostolicæ reservantur à Pio V.
- 36 Dimissorias concedendi facultas spectat ad Capitulum Episcopi existente notorie hæretico.
- 37 Sede vacante interpretatio & non verè, jurisdictionis non devolvitur ad Capitulum.
- 38 Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato etiam denunciatum validum est.
- 39 Excommunicatus retinet beneficia prius obtenta, licet non possit de novo acquirere.
- 40 Hæretici beneficia impetrari possunt uti vacantia etiam ante sententiam declaratoriam.
- 41 Hæreticus tamen non potest à beneficio amoveri antequam sit pronuntiatum super crimine.
- 42 Filii hæreticorum si à Papa inhabilitentur usque ad quartam generationem, an hoc intelligatur tam de filiis filiarum, quam de filiis filiorum.
- 43 Clericus pro crimine quantavivis enormi de jure non degradatur, nec traditur Curie sæculari, nisi in tribus casibus hic expressis.
- 44 Hæreticus relapsus seculari iudici sine ulla audientia est relinquendus.
- 45 Hæretico relapsus in casu hic posito an per Sedem Apostolicam sit concedenda absolutio & rehabilitatio ad honores & dignitates & n. seqq. usque in fin.
- 46 Hæreticus relapsus potest per Sedem Apostolicam nedum absolvi, sed etiam ad honores rehabilitari.
- 47 Absolutio penitentis non est deneganda.
- 48 Impenitentem præsertim relapsus non est concedenda.
- 49 Relapsus non est recipiendus ad Sacramenta penitentis & Eucharistia, nisi manifestè deleret signa penitentis.
- 50 Penitentia signa hæretici relapsi qua sint.
- 51 Penitentia perfecta cogit peccatorem omnia libenter perferre.
- 52 Carnis illecebris immersus penitens non dicitur quoddam alia peccato.
- 53 Penitentia falsa quaerit, ibidem.
- 54 Impietas quædam infidelitatis est à Deo dimidium sperare veniam.
- 55 Impenitentia signum nullam majus in relapsus, quam hæreticos provehere.
- 56 Crimen qui potest emendare & non corrigat, ipse committit.
- 57 Hæreticus se impenitentem ostendit qui nondum obtenta absoluteione interest divinis.
- 58 Penitens ut quis censetur, non sufficit docere de bonis operibus.
- 59 Sacramentorum frequentia in excommunicato impenitentem arguit.
- 60 Penitentiam modicam Deus non respicit.
- 61 Relapsus non sufficit levis penitentia ad absoluteionem obtinendam.
- 62 Absolutio impenitentis non est concedenda casibus periculi vitandi causa.
- 63 Hæreticus male sentiens vel docens de Sacramentis Ecclesiæ excommunicatus est nisi se corrigat & errorem abjuret; si est Clericus, degradatur & traditur Curie sæculari, per quam etiam laicus legitime punietur. Eadem est pena suspectus qui se non purgat; & relapsus verò audientia denegatur. Sæculares, Principes, qui jurare nolent de Ecclesiâ contra hæreticos defendenda, dignitate privantur, excommunicantur & terræ ipsorum interdicuntur; civitates verò resistentes aliorum commercio, & Episcopali dignitate privantur, & exempti in his subsunt & Episcopis. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardinal. Anchar. Abb. Joan. de Anan. Felin. & Marian. Socin. & novem sunt partes quæ per se patent.
- 64 Nota primò ex principio text. Hæreticum esse non tantum qui male sentit de articulis fidei qui continentur in Symbolo, ut cap. Firmiter supra de Summa Trinitate. & fide Ca-

